UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Aurea Rosa id e[st] pre||clarissima expositio sup[er] eua[n]gelia to||tius anni

**Mazzolini, Silvestro**

**Hagenaw, M.dxvi.**

**VD16 M 1751**

Sabbato post d[omi]nicam quartam in Quadragesima. Tex. euange. Joa[n]. ca. viij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70365

Visual Library

(Multi ergo ex iudeis q̄ venerāt ad Ma
riā ⁊ marthā: ⁊ viderāt q̄ fecerat: credi
derūt in eū) In hac pte eſt morale do/
cumentū: de q̄ ait Aug. ſup Joan. In/
telligim⁹ tres mortuos q̄s i corpib⁹ do
min⁹ ſuſcitauit: aliq̄d ſignificare de re
ſurrectiōib⁹ aiaꝝ. Hec ille. Et Grego.
iiij. mor. Puellā em̄ i domo: pueꝝ extra
portā: i ſepulcro aūt Lazaꝝ ſuſcitauit.
Adhuc q̄ppe i domo mortu⁹ iacet q̄ ia
cet i pctō. Jam q̄ſi extra portā ducitur:
cui⁹ iniq̄tas vſq; ad inuerecūdiā publi
ce ppetratiōis opatᷣ. Sepulture vo ag
gere pmitᷣ q̄ in ppetratiōe neq̄tie etiā
vſu ↄſuetudinis p̄ſſus grauatᷣ. Sꝫ hos
plerūq; diuina gr̄a reſpect⁹ ſui lumine
illuſtrat. Hec ille. Et intendit Grego.
illū iacere preciſe in pctō qui adhuc illō
opere non compleuit.

## Sabbato poſt dñicam quar/tam in Quadrageſima

### Tex. euange. Joā. ca. viij.

Dicebat ieſus turbis iu
deoꝝ. Ego ſum lux mū
di. q̄ ſeq̄tᷣ me nō ambu/
lat in tenebris: ſed ha/
bebit lumē vite. Dixerūt ergo pha
riſei. Tu de teipo teſtimonium
perhibes. teſtimoniū tuū non ē
verum. Reſpondit Jeſus ⁊ di/
xit eis. Etſi ego teſtimoniū phi
beo de meipſo: verum eſt teſti/
moniū meū quia ſcio vnde ve/
nio: aut quo vado. Vos aūt ne/
ſcitis vnde venio aut quo vado
Vos ſm carnē iudicatꝫ: ego nō
iudico quenq;. Etſi iudico ego
iudiciū meū veꝝ eſt quia ſolus
nō ſum: ſed ego et qui miſit me
pater. Et in lege veſtra ſcriptū
eſt. quia duoꝝ hominū teſtimo
niū verū eſt. Ego ſum qui teſti/
moniū phibeo de meipſo et te/
ſtimoniū phibet de me q̄ miſit
me pater. Dicebāt ergo ei. Vbi
eſt pater tuus? Reſpōdit ieſus
Neq; me ſcitis: neq; patrē me/
um. Si me ſciretꝭ: forſitan ⁊ pa
trē meū ſciretis. Hec verba lo/
cutus eſt ieſus in gazophylacio
docens in templo. Et nemo ap/
prehendit eū quia nondum ve/
nerat hora eius.

Dicebat Jeſus tur/
bis iudeorum. Ego ſum lux
mundi ⁊c.) Joan. viij. In p̄/
ſenti euāgelio agitᷣ d̄ quadā
chr̄i diſputatiōe ad iudeos habita: de q̄
tanguntᷣ tria puncta: ſcꝫ Contradictio/
Confutatio/ Interrogatio.

Quantū ad pmū tangitᷣ quō ↄtradi
xerūt chriſto iudei. Eſt aūt ſciendū q̆ il
la que hic narrantᷣ contigerūt ſtati poſt
abſolutionē adultere mulieꝝ. Dicitᷣ ergo.
(Dicebat Jeſus turbis iudeoꝝ) Iſta v
ba nō habentᷣ formaliter i textu euāge/
lij: q̄uis ſit ibi iſta ſententia. Mutauit
aūt eccl'ia vba vt melius introduceretᷣ
euāgeliū p̄ſens. Verus aūt text⁹ poſt q̄
dixerat Jeſus. Noli peccare: h̄ eſt (Ite
rū ergo locut⁹ eſt eis). ſ. iudeis q̄ remāſe/
rant: abeuntib⁹ phariſeis ↄfuſis ex ſcri
ptura quā viderāt (Jeſus dicēs) Quia
em̄ poterāt aſtantes mirari/ q̆ ei pctā ſi
ne ſatiſfactiōe dimiſiſſet: ⁊ dicere: vnde
iſte talē habet poteſtatē: ideo dn̄s volu
it ſuā excellentiā declarare: ⁊ ſuā deita
tem: ⁊ ſm Alchuinū: oſtendēs ſe eſſe de
um. ſ. lucem expellentē om̄es tenebras.
Sunt aūt ſm ſctm̄ Tho. triplices tene
bre. ſ. Ignorantie. Pſ. Neſcierūt nec
intellexerūt: in tenebris ambulant. Et
Culpe. Eph. v. Eratis aliq̄n tenebre.
Et pene Mat. xv. Inutilē ſeruū p̄ijci/
te i tenebras exteriores. (Ego ſum lux
mūdi) inq̄t: quia p chriſtū fugantᷣ pctōꝝ
⁊ erroꝝ ⁊ tormentoꝝ tenebre: ⁊ fere: id
eſt demones recluduntur in cauernam
abyſſi expulſi de hoc mundo: et omnib⁹
oſtenditᷣ via veritatꝭ ⁊ iuſticie expaſſis
vbiq; terrarum radijs doctrine. Non
autem dixit lux galilee vl' paleſtine ſm
Chryſ. ſed mūdi. Eſt autem ſciendum

ꝙ ſic dr̄ Aug. Manichei delirātes ſicut
deū crediderūt eē q̄ndā lucē corporeā in-
finitā: ita chr̄m crediderūt eſſe ſolē iſtū
quē ocul' carnis aſpicim⁹. Sꝫ iſti ñ intel-
ligūt ꝙ chr̄s ſit ſpūalis ꝛ nō corpal' lux.
(Qui ſeqꝛ me) credēdo ꝛ imitādo (non
ambulat i tenebris) errorꝝ vl' pctōꝝ vel
penaꝝ īfernaliū. Nā chr̄s cū ſit p̄ma ꝟi-
tas nō pt̄ mētiri: ꝛ cū ſit p̄ma volūtas ñ
pōt peccare. vt ptꝫ p ſ. Tho. j. p. q. xxv.
ꝛ. j. di. xlij. ꝛ cū ſit ipe q̄ eſt caput i glīa:
mēbra ei⁹ nō pñt eē i miſeria. Vl' aliter
ſm ſ. Tho. Qui ſeqꝛ me nō ambulat in
tenebris: ignorātie: qꝛ ſum ꝟitas. Nec
culpe: qꝛ ſum via / nec dānatiōis eterne /
qꝛ ſū vita (ſed habebit lumē) fidei ꝛ grē
Quoꝝ p̄mū dirigit itellectū: ſcd̄z ꝟo p
charitatē dirigit affectum. i. volūtatē.
vtrūq; ꝟo dr̄ lumē (vite). i. qd̄ ē a vita i
fuſū. i. a deo: ꝛ ad vitā et̄nā pducēs. Vl'
lō vite / qꝛ p̄ncipal'r eſt opatiōis vital' q̄
dr̄ vita. i. itellectiōis ſm ſ. Tho. (Dixe
runt ḡ phariſei). i. q̄dā religioſi magne
opiniōis apd̄ iudeos. Sꝫ qre mag' iſti
q̄ alij volūt ɔdicere? Quia chr̄s dicēs
ſe lucē: dixit ſe deū vel aliq̄d magnū vt
putabāt vltra alios hoies: ipi āt erāt q̄
volebāt videri magni ꝛ ſcti: īoq; tanq̄
inuidi ɔtradicūt. Sꝫ quō ibi fuerīt pha
riſei? Nā de eis dictū eſt añ imediate ꝙ
adduxerūt adulterā cū ſcribis: ꝛ ꝙ vn⁹
poſt vnū exierūt: ꝛ ꝙ ieſus remāſit ſol⁹
ꝛ mli'er in medio ſtans. Dico ꝙ q̄dam
mulierē adduxerūt: ꝛ q̄daꝫ añ ibi erant
audiētes chr̄m: ꝛ iſti etiā remāſerūt: ill'
abeūtib⁹: ꝛ iſti ſūt q̄ nūc chr̄o ɔtradicūt
dicētes (Tu de teipo teſtioniū phibes)
Pōt aūt hoc legi iterrogatiue: et ſonat
indignatiōeꝫ: ꝛ remiſſiue: ꝛ ſonat irriſi
onē: q̄ſi dicāt. Malos habes vicinos q̄
te laudib⁹ efferre nō curāt (Teſtimoniū
tuū nō eſt veꝝ) Quia em̄ natura huma-
na prona eſt ad laudes: ꝓpriū teſtimo
nium ſuſpectū eſt: ideo dicit' nō eſſe ve-
rū: id eſt firmū ꝛ ſtabile vel autenticū.

Eſt aūt i hac parte litterale documē
tū / ꝙ q̄libet debet conari ſequi chriſtū:
qꝛ ſine errore ɔducit ad requiē. j. Pe. ij
Chr̄s paſſus eſt p nob: vobis relinq̄ns
exemplū vt ſequamini veſtigia eius.

Quātū ad ſcd̄z tāgit' ɔfutatio phari
ſeoꝝ: cum dr̄ (Rn̄dit Ieſus ꝛ dixit eis.
Etſi ego teſtioniū phibeo d̄ meipo. ve
rū ē teſtioniū meū (Quaſi dicat. Mul
ti alij a me teſtimoniū phibēt de me: vt
Ioānes ꝛ oēs ꝓphe. Dato tñ ꝙ ita ſit ꝙ
ego ſolus mihi phibeā teſtioniū: adhuc
veꝝ dico (qꝛ ſcio vñ venio) qꝛ de⁹ ſum a
patre miſſus p originē ꝛ icarnationē: et
ɔſeq̄nt' teſtimoniū meū idoneū ē ꝙ deū
nemo niſi de⁹ pt̄ ſufficiēter cōmēdare (ꝛ
q̄ vado) qꝛ hō ſum tendens ad mortē vt
p crucē adq̄rā mihi oēm ptātē i celo ꝛ i
terra ſup hoies ꝛ angelos ꝛ oēm creatu
rā: īō ſum dign⁹ fide. Vel ſm Chry. ſen
ſus eſt. Ex deo ſum: ꝛ de⁹: ꝛ dei filius.
Redit aūt i idē cū p̄orib⁹ (Vos āt neſci
tis vñ venio aut q̄ vado) qꝛ. ſ. hoiem vi-
debāt / ꝛ deū nō credebāt / vt dr̄ Aug. īō
neſciebāt a q̄ pceſſerat et̄nalit' / vl' miſſ⁹
fuerat tpalit' (Vos ſm carnē iudicat')
id eſt iniuſte ſm Chry. ſic ꝛ ſm carneꝫ
viuere ē iniuſte viuere. Vel ſm apparē
tē ꝛ viſam hūanitatē / ſm Theo. ꝛ Au
gu. dicentē. Quia em̄ deū nō itelligit'
ꝛ hoieꝫ videt': īō vob arrogans videor /
qꝛ de me teſtioniū phibeo. Ois em̄ hō
qñ de ſe vult phibere teſtimoniū lauda
bile / ſupb⁹ ꝛ arrogās videt'. Hoies em̄
infirmi ſum⁹ / veꝝ dicere ꝛ mētiri poſſu
mus / lux mētiri nō pōt. Hec ille (Ego
nō iudico quēq̄) qd̄ ſm Aug. dupl'r in-
telligit'. Vno mō ſubaudiēdo nunc vel
mō / qꝛ nō venit i p̄mo aduentu iudica-
re / ſꝫ liberare. Alio mō ſubaudiēdo ſm
carnē / qꝛ ñ iudicabat ſm carnē ſicut ab
homib⁹ iudicabat'. Et videt' velle Au-
gu. ꝙ chr̄s quia nō iudicabat ſm carnē
id eſt ſm extrinſec⁹ apparentia / iudica-
bat ſm ꝟitatē (Etſi iudico ego) id ē po-
ſito ꝙ iudicarē ſm Aug. vel qñ iudica-
bo / ſm alios (iudiciū meū verū eſt) id ē
eſſet vel erit (quia nō ſum ſolus) Si in
deo eſſet tm̄ vna pſona / eſſet ſol⁹: dato
ꝙ milia angeloꝝ aſſiſterent ei. qꝛ ſolitu
do nō tollit' p ɔſortiū differētis nature.
Vnde ꝛ homo ſolus dicit' in horto etiā
ſi ibi ſint mille herbe. Quia ergo in di
uinis eſt pluritas perſonarum in eſſen-
tie identitate: ideo nulla diuina pſona

dicit ſola: vt ptz ꝑ ſã. Tho. j. di. xxj. z. j.
q. xxxj. (Sz ego z q̄ miſit me pr̄) imo et
ſpũſſcꝰ ſcũs. Et deinde arguit ad ꝓpoſitũ
ſuũ di. (Et i lege vr̄a). i. vob data z ma
le ſuata (ſcptũ eſt) Deut. xix. (qꝛ duorũ
hoim) z mlto fortiꝰ duaꝝ ꝑſonaꝝ diui⸗
naꝝ (teſtimoniũ veꝝ eſt). i. ꝓ ꝟo in iudi
cio habendũ eſt: vt videt velle ſã. Tho.
z Aug. ꝗuis falſũ eſſe poſſit (Ego ſum
qui teſtimoniũ ꝑhibeo de meipo) Ecce
vnũ teſtẽ (z teſtimoniũ ꝑhibet de me q̄
miſit me pr̄) Ecce aliũ. Sed ꝯ arguit
Chryſ. qꝛ nõ ẽ ꝗs idoneꝰ teſtꝭ i ꝓpa cã:
nec ꝓpͥe tũc duo teſtant ſed vnꝰ. Nõ ḡ
chr̄s efficacit arguit. Ad hͦ ḡ rñdet idez
Chryſ. ꝙ chr̄s ꝑ iſta nihil aliud facere
voluit ꝗ ſeipm aſſerere patri eq̄lẽ in ꝑ
hibẽdo teſtimoniũ ꝑ miracl'a. Sed iſta
nõ vident ꝯſonare littere: in q̄ ſaluator
videt velle arguere mõ dicto. Jdō aliȷ̈
dicũt ꝙ chr̄s inq̄ntũ ꝑſona diuina red⸗
debat teſtimoniũ ſibi inq̄ntũ hõ erat: z
ſic due ꝑſone ibi teſtificabant. Sz hͦ ni
hil eſt: qꝛ nõ ꝯſtabat iudeis i diuinis eẽ
duas ꝑſonas: ſed hͦ negabãt: iō argumẽ
tũ erat inefficax. Et ꝓterea illō cui teſti
moniũ ꝑhibebat ꝑ ly me. qō ꝓ ꝑſona te
net cũ ſit ꝓnomẽ z non ꝓ natura. Ergo
eadẽ erat ꝑſona teſtificãs z cui teſtimo⸗
niũ reddebat: ḡ idẽ q̄d pus. Jō dicẽdũ
eſt ſic̃ dicit Alchui. ꝙ chr̄s intendit ar⸗
guere a minori affirmatiue ſic. Si duo
bus hoib credit q̄ mẽtiri pñt: q̄ ratiõe
refelli debꝫ meũ z pr̄is mei teſtimoniũ
qō irrefragabile ẽ. Dato eñ (lꝫ hͦ nõ di
cat Alchuinꝰ) ꝙ filiꝰ taceret plꝰ valet
teſtimoniũ dī patrꝭ ꝑ ſe ſolũ dñ ꝑ mira
cula chr̄o fert teſtimoniũ ꝗ mille hoim.
Vel poſſumꝰ dicere ꝙ teſtimoniũ eiꝰ q̄
in ꝓpͥa cauſa teſtat eſt ſuſpectũ: qñ deꝰ
nõ aſſerit talẽ vera teſtificari. Vbi ꝟo
deꝰ redderet teſtimoniũ ō ꝟitate teſtꝭ:
tũc in nullo teſtimoniũ eiꝰ eſt ſuſpectũ
z ſic eſt in ꝓpoſito. Sz q̄re chr̄s nõ ſum
pſit argumentũ a Joanne. Statim eñ
eos ꝯuiciſſet: Ad hͦ dico ꝙ fec̃ ſic. Pͥo
quia volebat de ſua deitate diſputare.
Scdō: qꝛ potuiſſet eis teſtimoniũ Joã
nis quẽ hoiem credebãt eſſe ſuſpectum
niſi allegaſſet ꝙ deꝰ ei teſtimoniũ ꝑhi⸗
bebat. Jn hac ꝑte eſt documẽtũ mo⸗
rale: ꝙ nũc mlti ſunt phariſei. i. peccõres
a dō diuiſi: ꝗs dñs nõ iudicat ꝑ iuſticiã
vt ſaluet ꝑ miſcdiaz: ſꝫ ꝯtinue efficiunt
peiores Eccs. viij. Quia nõ cito ꝓfert
cõtra malos ſentẽtia: abſq̄ vllo timore
filiȷ̈ hominũ ꝑpetrant mala.

Quãtũ ad tertiũ ſequit iterrogatio
quã iudei fecerũt chr̄o: cũ dr̄ (Dicebãt
ḡ ei) carnalr. ſ. chr̄i patrẽ accipiẽtes: vt
dr̄ Aug. (Vbi eſt pr̄ tuꝰ?) Hoc aũt ſm
Aug. dicũt q̄ſi vellẽt dicere. Nõ vide⸗
mus prẽz tuũ de te teſtificari vt dicis.
Vbi eñ ẽ? Sz ſꝫ Theo. hͦ dicũt impro
perãtes ei ꝙ prẽz tãq̄ ſpuriꝰ nõ cogſcat
vel tãq̄ ignobilis ignobilẽ habeat: ſed
vt ait: qꝛ id nõ ſciẽdi/ ſꝫ tentãdi aio dixe
rũt. Ad ꝓmiſſaz q̄ſtionẽ chr̄s nõ rñdet.
Vñ ſeq̄t (Rñdit ieſus. Neq̄ me ſcitis)
ſm originẽ diuinã: licꝫ ſm hũanitatẽ ve
rũ ſit illō Joã. vj. z me ſcitꝭ z vnde ſim
ſcitis (neq̄ patrẽ meũ) q̄ſi di. ſm Aug.
Queritꝭ ſcire patrẽ meũ q̄ſi me cogſca
tis: qꝛ effigiẽ vultꝰ videtis: ſꝫ me neſci⸗
tis: z ꝯſeq̄nt patrẽ meũ vob oñdere no⸗
lo. Prius eñ eſt vt me noueritꝭ. et tunc
patrẽ meũ ſcietꝭ: qꝛ (ſi me ſciretꝭ) qui ſcꝫ
ꝑ oia ſum ſiͣlis patri: imo q̄ ſum vnũ cũ
patre (forſitan z patrẽ meũ ſciretꝭ) Cau
ſa eñ vt ait Chryſ. neſciẽdi patrẽ ẽ igͦ⸗
rantia filiȷ̈. Sed dic̃ forſitan ſm Aug.
nõ dubitatiõis cauſa: ſed eo mõ q̄ indi⸗
gnatꝰ certa dubitãdo ꝓferre. ſic̃ ſi dñs
iratus ſuo dicat: Cõtemnis me: ꝯſide⸗
ra: forſitan dñs tuꝰ ſum. Sic ẽt dñs du
bitãdo increpat ifideles. Eſt aũt ſciẽ⸗
dũ/ ꝙ licꝫ iudei crederẽt vnũ deũ/ nec tñ
iuſti z maiores vt Symeon cõit myſte
riũ trinitatꝭ igͦrabãt: qꝛ nondũ erat ple
ne reuelatũ. Quidã igit vt dr̄ Orige.
ex his occaſionẽ ſumẽtes errorꝭ: dixerẽt
patrẽ chr̄i nõ eſſe deũ veterꝭ teſtamẽti:
quẽ iudei cognouerũt. ſm illō Pš. No
tus i iudea deꝰ. Sed dicẽdũ eſt ꝓmo iu
deos deũ patrẽ chr̄i ignoraſſe: qꝛ ad mo
dũ ignorantiũ ſe habuerũt inq̄ntũ mã⸗
data eius non ſeruarunt. Secũdo: qꝛ ei
ſpũaliter ꝑ amorẽ nõ adheſerunt: ſicut
cogſcẽs adheret bono cognito. Tertio
quia licꝫ cogſcerent eum ꝑ fidem: non

tũ habebãt de eo plenã ſciam: ſm illud Ioã. j. Deũ nemo vidit vnq̃: vnigeĩt⁹ ꝛc. Quarto: q2 ĩ veteri teſtamẽto inotu ẽt pĩ ſub rõne dei oĩpotẽtꝫ: ñ tñ ſub rõne patrꝫ hñtꝫ filiũ ꝯſubſtãtialẽ. He q̃ttuoꝛ rõnes ſũt ſcti Tho. ĩ poſtilla: ſꝫ q̃rtã in tellige de iudeis minoꝛib⁹ vl̃ malis: q̃a myſteriũ trinitatꝫ ſp̃ a maioꝛib⁹ fuit co gnitũ niſi eẽnt mali neſciẽtes q̃ ſcire te nebant̃: vt ptꝫ. ij. ij. q. ij. ar. viij. (Hec v̄ba locut⁹ ẽ ieſus ĩ gazophylacio). i. ĩ lo co vbi erat gazophylaciũ. i. arca ſm ma giſtrũ hiſt. in q̃ offerebant̃ ꝛ ſuabãt̃ mu nera ꝑ tẽpli repatõe: a gaze ꝑſice: latine diuitie: ꝛ phylaxe q̃d ẽ ſuare. Habebat aũt vt idẽ dĩt foramẽ d̃ſuꝑ: ꝑ q̃d dñ clau ſa erat pecunia inferebat̃. Coꝛbona v̄o vl̃ coꝛba erat arca ĩ q̃ mũera reponebãt̃ votiua ſicĩ muſach: regia vl̃ diez ſolen niũ. Quelibꝫ tñ hax gñali nomie gazo phylaciũ dicebat̃. Hoc aũt itroduc̃ euã geliſta vt ſciam⁹ ꝙ chr̃s publice loq̃bat̃ (docẽs ĩ tẽplo). i. in atrio tẽpli vbi ꝯſue uerũt iſti docere: ꝛ ob h̃ magꝫ indigna bant̃ (Et nemo apph̃edit eũ) cũuis ha berẽt apph̃ẽdẽdi volũtatẽ (q2 nõdũ ve nerat hoꝛa ei⁹). i. in q̃ pati vellet ſꝫ Au gu. Nõ ãt ei⁹. i. in q̃ fato vrgẽte pati co geret̃. Et ĩ hac pte eſt lr̃ale documẽtũ q̃ntũ teneamur chr̃o: q2 ſponte ſe ꝑ nob obtulit. Hiero. ad Oceanũ. Chr̃s ꝑ ſa lute nr̃a dorſũ v̄berib⁹: ſputaminib⁹ fa cie: maxillas palmis nõ ꝯfundit̃ ꝑpare: ꝛ nos ꝑ eo etiã leue ꝯfundimur audire ꝯuiciũ. Hec ille. Eſt aũt notandũ ꝙ h̃ euãgeliũ legit̃ ĩ die v̄gini ꝯſecrata: q2 ĩ ſenſu q̃ſi allegoꝛico ei ꝯueniũt illa v̄ba: ego ſum lux mũdi ꝛc. Et ꝑ h̃ etiã appa ret differẽtia maioꝛ iter ipam ꝛ ceteras mlieres q̃ nõ ſũt caſte vt ea de q̃ ſabba to p̃cedẽte dictũ ẽ. Quõ ãt ſit lux mũdi oſtẽdit Salomõ Cañ. vj. dicẽs. Que ẽ iſta q̃ ꝓgredit̃ q̃ſi auroꝛa ꝯſurgens pul cra vt luna/electa vt ſol/terribilis ꝛc. Nã pctõꝛib⁹ ẽ auroꝛa fugãs pctõꝝ tene bras: ꝛ adducens gr̃e ſplendoꝛẽ. Vñ dr̃ mr̃ miſc̃die. Tribulatꝫ aũt ẽ q̃ſi luna: q̃ dñat̃ ſuꝑ mari. i. amaricatꝫ: ꝛ lucꝫ nocte . i. in tribulatiõe. ꝛ eſt pulcra. i. plene lu cẽs. ſ. tota nocte in ꝑncipio tribulatiõis dando ꝯſtantiã: ĩ medio ꝑſeuerãtiã: ꝛ ĩ fine coꝛonã. Et tãto meli⁹ cõpatit̃ q̃nto ꝛ ipa ẽ paſſa. Sic em̃ ſm Aug. luna ob ſcurat̃ tripliciť. ſ. q2 eſt vacua/aut nube tecta/aut eclipſata. Sic b̃ta v̄go tripli cẽ hũit tribulatõez: ſingularẽ. ſ. qñ fugi ens ĩ egyptũ fuit vacua oĩ ꝯſolatiõe: et qñ ꝑdito filio fuit nube doloꝛꝫ occupa ta: ꝛ qñ chr̃o pendẽte fuit ſanguinolẽta. Vñ ẽt reſpectu hox dr̃ mr̃ miſc̃die. Iu ſtis aũt ẽ velut ſol emittẽs radios grax ꝛ ꝯſolationũ: vñ ꝛ mr̃ gr̃e dr̃. Lucꝫ aũt ꝑ exẽplũ ſuax v̄tutũ: ꝛ bñficiũ ſuax gra tiax: de q̃b⁹ Ecci. xxiiij. Ego mr̃ pulcre dilectõis ꝛ timoꝛis ꝛ agnitiõis ꝛ ſancte ſpei. Tentatꝫ aũt eſt ſicͭ acies armata. Nã ei⁹ noiatio eſt bacul⁹ ĩ doꝛſo diabo li. Nũe. xxiiij. Cõſurget v̄ga d̃ iſrl̃ ꝛc. Ei⁹ aũt ſalutatio ẽ tonitru⁹ rotãs dia bolũ. Pſ. Vox tonitrui tui ĩ rota. Ei⁹ laudatio eſt pugio truncãs caput Ho loferni s. Iudith. xvj. Et iõ ad eã dici mus. Tu nos ab hoſte ꝓtege.

## Dñica de paſſione.

### Tex. euang. Ioan. viij.

Dicebat ieſus turbis iu deoꝝ ꝛ p̃ncipib⁹ ſacer dotũ. Quis ex vobis ar guet me de pctõ. Si v̄i tatẽ dico q̃re vos nõ creditꝫ mi hi: Qui ẽ ex deo: verba dĩ audit. Propterea vos nõ auditis: q̃a ex deo nõ eſtis. Reſponderũt ḡ iudei: ꝛ dixerũt ei. Nonne bene dicim⁹ nos q2 ſamaritan⁹ es tu et demonium habes: Reſpon dit ieſus. Ego demoniũ nõ ha beo: ſed honoꝛifico patrẽ meũ ꝛ vos inhonoꝛaſtis me. Ego autẽ nõ quero gloꝛiã meã: eſt q̃ que rat et iudicet. Amen amen dico vobis ſiq̃s ſermonẽ meum ſer uauerit: moꝛtẽ nõ videbit ĩ eter nũ. Dixerũt ḡ iudei. Nunc cog

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN